Succes[illegible], Ad Instantiam Suprascriptorum Illium Iwanko et Hryćko Komarnickich Drużbiczow Donatariorum Suorum Vel eorum posterorum Ad officium praesens Castren[se] Capitan[eale] Premysliens[e] extunc recessu suprascripto quo ad rem pendentem spectat mediante se semper in quovis Citationis Termino, tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, damna praetacta Terrestria luere, Inscripti oni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur se ac suos Succes[sores] ad eaque omnia Inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate, Succes[sorum] legatione, in tra Vel extra Regnum, Servitio Militari, ad munimenta ad Guerram Vel aliisquibusnis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praetercos Ultra noscimus Officii praesentis Castren[sis] Capitan[ealis] Premysliens[is] Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praenis Simplicibus Vel Triplicatis Citationibus suspensionibus fatalis Iuris, praecone Terrestri bello Con uentioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non sub terfugiendo, nec modo aliquovis evadendo, Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante

Vigore laudi feria Quarta post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Se xagesimo Nono. 17/VII 1669

Inter Malawski et Kosaki Congressus mutua Roboratio

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus]

038

Capitan. Premyslien. Gnosus Joannes Malawski sanus men
te et Corpore exens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus
suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti Vero
Castren. Capitan. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se
cum Successoribus ac bonis suis gl. omnibus, totaliter et plenarie
Incorporando, atque subiiciendo palam libere publice ac per
expressum Recognouit Quia ipse se ac suos Successores in et
super bonis suis gl. omnibus summisque pecuniarijs quibusuis ha
bitis et habendis Gnosis Joanni Wladislao Kosak et Izabellae
de Strzeskowice Coniugibus legitimis Inscribit et obligat praesen
Intercisam Certam seu Contractum Sponsalitium Inter se Re
cognoscentem ab Vna atque eosdem Gnosos Kosaki Coniuges
timos parte ab altera, ratione Certarum rerum et Conditio
num in eadem Intercisa Contentarum, de Actu et Data
illius in bonis Villae Czelatycze die Decima Quarta Julij Anni
no praesenti Confectam Conscriptam manibusque propriis praefatorum Gnoso
rum Kosakow Coniugum atque sui Recognoscentis, necnon
Gnosorum Stanislai Wlostowski Thomae Mokrski, Samue
lis Malawski, aliorumque Amicorum proprijs ab Vtrinque sub
scriptam, Vadio Quatuor Millium floren. polon. ad tenen
dum firmatam, Quae pro interesse in omnibus Conditionibus
quantum pro parte et interesse sui Recognoscentis, Conditio
nesque se Recognoscentem Stringentes, Spectat et pertinet
cum punctis, Clausulis, Articulis, Vadio, Ligamentis, ac necessitatibus
Vniuersis, eisdem Gnosis Kosakom Coniugibus eorumque
Successoribus firmiter tenere, Complere, exequi, ac inViolabili
ter obseruare, omnibusque et singulis eiusdem Intercisae
seu Contractus Sponsalitij Contentis, tam in toto, quam
in quauis minima parte, quantum pro interesse sui Reco

gnoscentis Conditionesq[ue] p[er]s[on]am s[ui] stringentes spectat, toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam p[rae]fatam ad Inscriptionem p[rae]sentem Roboratoriam et Inscriptionem p[rae]sentem Roboratoriam ad p[rae]fatam Intercisam vicissim in toto referendo. Idq[ue] sub Vadio Quatuor Millium floren[orum] polon[icalium] per eundem Recognoscentem Generosum Malawski sive ipsius posteros, p[rae]nominatis Generosis Joanni Vladislao Kosak et Izabellae de Strzeskowice Coniugibus legitimis aut eorum Successoribus, ob non Completionem Contentorum Intercisae p[rae]fatae, quantum pro sorte et interesse sui Recognoscentis Conditionesq[ue] personam sui stringentes spectat, omnium et singulorum, tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo p[rae]misso ad solvendum succumbito, aeque aliquaa Principali ex Contentis Intercisae p[rae]fatae quanta pro sorte et interesse sui Recognoscentis Conditionesq[ue] personam sui stringentes spectat non Completa, Citatus exinde memoratus Recognoscens Generosus Joannes Malawski sive eius posteri Instantiam p[rae]notorum Generosorum Joannis Vladislai Kosak et Izabellae de Strzeskowice Coniugum sive eorum Successorum Ad officium p[rae]sens Castren[se] Capitan[eale] Premyslien[se], extunc recessu supranscripto quoad ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, Vadium p[rae]fatum luere, Inscriptioni p[rae]senti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq[ue] ac suos Successores ad eund[em] o[ffic]io Inscribit et obligat, eundem Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes, exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios. Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione, intra Vel extra Regnum, Servitio Militari, ad munera ... ad Curiam, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem p[rae]terea Vlterius ...

Officii praefati Castren Capitan Premyslien Terminos Dilationem sibi
non recipiendo, nullasq Motiones Appellationes ac earum prosequu
tiones faciendo, ac praemissa oia poenis simplicibus vel triplicatis Eva
sionibus suspensionibus, fatalis Juris, Crescone Terrestri, bello Con
cuentioneq, ac aliis quibusuis Juris remediis et defensis non subter
fugiendo, nec quouis alio modo Euadendo Haec sua praesenti per
sonali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

18/VII 1669

**Vigore Laudi Feria Quinta post Fe
stum Sanctae Margarethae Virginis
et Martyris proxima Anno Domini
Millmo Sexcentmo Sexagmo nono**

Romer Drohoiowskiemu na Roborat.

Comparens psnlr Coram Officio et Actis psen Castren Capitan Pre
myslien Gnosus Simon de Chyrow Romer Pocillator Terrae Gosti
nen, sanus mente et Corpore exens a Terris Districtibus Juribus Ju
risdictionibusq suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo
praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quo ad Actum
hunc attinet, seum Successoribus ac bonis suis glr omnibus, totaliter
et plenarie Incorporando atq subiiciendo, palam libere publiceac
per expressum recognouit. Quia ipse se ac suos successores, in et sup
per bonis suis glr oibus. ac summis pecuniariis quibusuis habitis et haben
dis Inscribit et obligat praesentibus Scriptum Certum manuale per
se Recognoscentem in rem et manus Gnosi Christophori Thomae
Drohoiow Drohoiowski ratione Certarum rerum et Conditionum
in eodem Scripto Contentarum, de Actu et Data illius hic Premysliae
die hodierna in Actu Contentos vltz die Decima octaua men
sis Julii Confectum Conscriptum et Datum, manu sua Recognoscen
tis propria subscript, in omnibus et singulis eiusd Scripti manua
lis Conditionibus, punctis, Clausulis, Articulis, Vadio Ligamentis ac
rebus glr Vniuersis eid Gnoso Drohoiowski, firmiter tenere Con